SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES,
ET SUMMORUM PONTIFICUM
CONSTITUTIONES
RECENTISSIMÆ,
THEATRUM
Veritatis & Juſtitiæ
CARDINALIS DE LUCA,

EJUSQUE TRACTATUS

DE OFFICIIS VENAL. ET STATUT. SUCCESSIONIBUS
Amplectentes, confirmantes, & laudantes.

ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS NECESSARIIS
exornatæ, ac juxta Titulorum ſeriem & Diſcurſuum ordinem diſpoſitæ.

VOLUMEN PRIMUM.

Lic. D. Antonio Piñuela

VENETIIS, MDCCXXXIV.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

AD
LECTOREM.

APud Juriſperitos mos invaluit, ut qui Tractatus in lucem emittunt, conquiſitis hinc inde DECISIONIBUS, ad rem ſuam quoquomodo facientibus, eos amplificent, quo placitis ſuis pondus addant. Non egere hujuſmodi precario tibicine, ſed ponderibus librari ſuis *Theatrum Veritatis*, *& Juſtitiæ Cardinalis de Luca*, nemo, niſi in Republica Literaria planè hoſpes & peregrinus, neſcit. Attamen ad illud tibi ſiſtimus DECISIONES, verùm haud poſtliminio revocatas ſed recentiſſimas, hactenùſque ineditas; non à quibus ſenſa ſua hauſerit Eminentiſs. Author, ſed in quibus S. Rota Romana juxta ipſius mentem decidere non gravata ſit. Addidimus quin etiam Summorum Pontificum quamplures noviſſimas CONSTITUTIONES, ad ornatum hujuſce Theatri & Tractatuum de Officiis Venalibus Vacabilibus, Locis Montium, & de Statutariis Succeſſionibus Authoris noſtri apprimè facientes. Vir Cl. J. U. D. cujus modeſtiæ datum eſt, ut Anonymus hic lateat, in illis colligendis incubuit, Argumentis & Summariis accuratiſſimis exornavit, ac juxta Titulorum ſeriem aptè diſpoſuit. Nec incongruum duximus adnectere duo celeberrima RESPONSA Sapientiſſimi Viri Marcelli Severolli Signaturæ Gratiæ, & Juſtitiæ Votantis, ac Decani, quæ ob eximiam eruditionem, ſolidaſque doctrinas, præcipuas apud præſtantiſſimos Juriſconſultos laudes meritò obtinuerunt. Hæc te paucis monitum volumus. Vale.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES RECENTISSIMÆ,

Ad Librum Primum

THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ

CARDINALIS DE LUCA,

Qui eſt

DE FEUDIS, &c.

ARGUMENTA DECISIONUM DE FEUDIS, &c.

DECISIO I. *Romana ſeu Civitatis Caſtelli Cenſus.*

BUlla Baronum, non obſtante ampla facultate Congregationi favore creditorum tributa, minimè tollit jus quod aſſecutus fuit creditor ante appoſitionem manus ejus Congregationis.

DECISIO II. *Romana Donationis.*

Conſtitutiones Clem. VIII. Sixti V. Pauli V. & Urb. VIII. prohibentes, ne forenſes in ſtatu Eccleſiaſtico feudorum acquirant dominium, ſuper quibus ſcripſit Card. de Luca *ſub tit. de feud.* locum habent nedum favore Cameræ, ſed etiam favore cujuſcunque intereſſe habentis, adeout poſſit iſte acquiſitiones reſcindere.

DECISIO III. *Romana Pecuniaria.*

In *diſc. 78. de feud.* Card. de Luc. notabiliter tradit, quòd creditor cum aſſenſu præferatur creditori anteriori aſſenſu deſtituto in bonis feudalibus quæ alienari non poſſunt; iſta autem deciſio declarat quòd d. concluſio nonnisi locum obtineat in terminis feudorum ſtatus Eccleſiaſtici, ſi creditor aſſenſu deſtitutus ſit ſubditus, cùm Conſtitutiones Apoſtolicæ loquantur de forenſibus, non autem de ſubditis, & ad hunc effectum magiſtraliter earundem Conſtitutionum declaratur intellectus.

DECISIO IV. *Urbevetana Dotis.*

Bulla Baronum quæ cautos, & ſecuros reddit emptores bonorum ipſorum Baronum, qui emunt è manibus Congregationis in eadem Bulla deputatæ, quòd procedat quoad ea tantùm vincula quæ poſſunt alienationes impedire, optimè probat Card. de Luc. *in tit. de feud.* hinc hæc deciſio firmat in vim *auth. res quæ*, *C. com. de legat.* Mulier pro ejus dote agere poſſit adverſus poſſeſſores bonorum fideicommiſſi, licet eadem bona per d. Congregationem diſtracta fuerint.

DECISIO V. *Romana Multiplicorum.*

Ait *ſub tit. de feud.* Card. de Luc. quòd Bulla Baronum non ſit in vocatorum præjudicium relaxatis habenis, ſed tantùm cum moderamine exequenda, quando ſc. Baro neceſſitate debita contraxerit: ſequendo itaque d. Authoris monitum, hæc deciſio tenuit bona fideicommiſſaria ſubvertere ex Baronis debito, quod ex ſola ejus pervenit negligentia.

INDEX DECISIONUM

Super Materia

DE FEUDIS, &c.

R.

ROmana Donationis, 10. *Martii* 1687. *Caſsia* Dec. II.

Romana Multiplicorum, 30. *Januarii* 1696. *Emerix* Dec. V.

Romana Pecuniaria, 27. *Februarii* 1690. *Emerix* Dec. III.

Romana ſeu Civitatis Caſtelli Cenſus, 9. *Junii* 1684. *Albergato* Dec. I.

U.

URbevetana dotis, 9. *Februarii* 1693. *Emerix* Dec. IV.